



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Cur spectrum existiment?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSVS 21

Quarta autem vigilia noctis venit
ad eos ambulans super mare.

QVÆSTIO I.

Quomodo Dominus super aquas ambulauerit?

§.i. **M**atutina vigilia ambulauit super mare. Noctem legem militari in quatuor vigilas diuidebant. Quarum prima ab ocaſu ſolis inchoabatur, vltima in ortu deſinebat.

Dominus ambulat super maria. §. 2. Calvinus aquas duratas asserit, alij alio modo ambulasse, aquis liquenribus, non tamen ita eas pressisse, vt mergerentur. Ita contra Calvinum Bullingerus. *Dominus, inquit, molli inambulat vnda.*

§.3. Alij corpus gravitatem exuisse, atque ita non mirum vel per artem ambulasse. Verum dicendum diuinā virtute factum esse, vt corpus eius vnda sustentaretur, quod modo factum sit, solus ille nouit, qui per furentes fluctus inambulans, maris se Dominum ostendit, & suis se adesse, dum per minaces seculi procelas ad æternā vitæ portum centendit.

VERSUS 26.

Et videntes eum supra mare ambulantes turbati sunt dicentes: Quia phantasma est. Et pro timore clamaverunt.

QVÆSTIO I.

Cur spectrum existiment?

§. i. **C** Aluius torporis & crassæ ignorantie Apostolos accusat, quod eum non agnoscerent, Exultatamen eos tempus matutinum, cum maligna lux non linceret planē, & plenē cognoscere, præcipuē medijs in fluctibus. Deinde nunquam viderant Christum aquis inambulantem, semper vsu nauigio sciebant, non ergo venerat in mentem Dominum esse. Nec torpebant omnino, cum omnem socordiam præfens periculum excuteret.

Apostoli oc- S. 3. Marcus adiungit, non intellexisse de panibus,
ca. vii. eorum eorum occurratum fuisse, *πεπορομένοι κα-
σαν, occalluisse cor.* Nempe hoc magnopere mira-
bantur, viderant potentem Dominum sine nauigio
fluctibus inniti, cum maior fuisset potentia in panum
multiplicatione : Nam substantia fuit commutatio
in panes plures, hicinarum corporis ne mergeretur
derentio. Itaque hæc ambulatio nihil aliud require-
bat, quam vt Deus cum gratia se ad effectum eius nõ
conquereret, aut diuina virtute corpus graue detine-
ret, ne deorsum vergeret. Miraculum vero in pani-
bus factum ignorare non poterant, quod vulgus ho-
minum adeo extulit, vt eum regem constituere cre-
derent, vt est apud Ioannem. Itaque in tanto ter-
rore non satis diuinam potentiam perpendebant, vt
ex maiore miraculo, fidem de minore constantem
fussciperent.

T^{er}tiū dicitur non modo de falsis imaginati-
bus, sed veritatem apparitionibus accipio solet. sice-
nim Heb. 12. 21. To *παλαις* *χρως* orditur visio que Mo-
Phanasi-
ma. syoblara est. Syrus hoc loco habet מַרְאֵה נִבְיָא
ducesque hisdagla, visio ista mendax. Augst. Epist ad
Nebidum multis in hoc genere explicando est. Cau-
sa cur phantasmata metuant, alibi exposita est.

S. 3. Phantasma non fuisse Christi corpus contra Marcionē & Manichæos docet D. Hieronym. phantasmata vero & spectra vocamus, quæ oculis ludificantur, tanquã corpora sint, cum aut ~~inve~~ ⁱⁿvisibilia, Spiritus aut umbræ, aliaq; sint. S. Hieronymus, Marcionem &

Manichæum confutat, qui hoc in loco verum Chri-
sto corpus negabant: Si enim Christus verum corpus
non habuit, cum super aquas ambularet, sequitur &
Petrum phantasma fuisse, qui Christum accessit. Imo
Petrum Christum in mirabili confortium admisit, ve-
l ostenderet & se verum corpus habere, & aquas calare.

VERSUS 30.

Videns vero ventum validum timuit, & cum cepisset mergi clamavit, dicens, Domine saluame.

QVÆSTIO I.

An amiseris fidem?

§. II. **N**on amisit fidem, sed timuit, & contra timorem, tamen Dominum inuocauit, quod si ne fide non faceret: dubitauit an mergendus, non an a Domino seruari posset, non ergo de potentia Christi dubitauit, sed fiduciam ex voluntate & mandato Christi receptam amisit. Syrus ait, cum durisselle uenisset. Plurimum uero refert, citre quod sit *durisselle* & modica fidei, & quam fuerit dubitatio. Si enim Petrus non dicitur *durisselle*, quod de predestinatione sua non dubitaret, sed aliam ob dubitationem manifestu fuit, cum de fide & dubitationibus circa deum agitur, non intelligi eam fidem quae est de predestinatione; non enim Petrus de salute aeterna per deum ualido, non obistere possit, dubitauit, ideoq; timuit.

§. 2. Pareus de iustif. lib. i. c. ii. conatur probare fidem esse fiduciam: oppositum timiditatis est fiducia. Fides hic opponitur timidi, ergo est fiducia. Respondi quæstione in Matth. 6. 30. fal'um enim est, mne quod opponitur timiditati esse fiduciam speciem de prædestinatione. Nam timiditati, quæ est in corporum periculis opponitur alia prorsus fortitudo. Deinde vni timiditati opponitur & fiducia, & audacia, non enim vni vitio vna solum virtus opponitur, sed etiam vitium contrarium. Deniq; timiditati fiducia, hoc est spes firma immediate quidem opponitur, sed eidem tam& etiam fortitudo, fides, caritas contraria sunt. Præcipue tamen fides, ex ea enim fiducia nascitur, qua timiditas expellitur. Fortitudo enim cum sit considerata periculorū susceptio vincit timorem, & caritas foras mittit timorem. Mirum est porro non considerasse Pareum dubitationi hic opponi, quod etiam Caluinus docuit. Siquid dubitationi fides opponitur hoc loco, & de propria ac immediata oppositione sermo est, vt vult Pareus, sequitur fidem hoc loco sensum esse cuius suspensio est dubitatio

§. 3. *Græcè est Σαφειρα, fortes sine trepidatione glori.*
Syrus, *cordatis flore.* Non venit ulli veterum, nec recentiorum in mentem, ut fiduciam interpretarentur, certam remissi peccati fidem : Sed arijs quibudam haramen placuit. Petrum enim arrogantia, stulti ferocis, curiositatis Caluinus, Centuriatores cent. 1. l. 2. c. 20. alijque accusant. Et primo curiositatis eum accusant. Respondeo fidem, amoremq; non curiositatem fuisse. Hoc Maximus agnouit de natali Apostoli Serm. 1. v. et etiam apud Bellarm. lib. 1. de Rom. Pontif. c. 26. Quanto melius D. Bernardus lib. 2. de consid. hunc esse generalem Christi vicarium docuit. Excusat eum, & defendit Augustinus hisce verbis. Non dubitauit de Christi potentia, sed voluntate, & presentia, non enim certo constabat esse Christum, quocirca ait Sit tunc, iube me ad te venire super aquas. Deinde vellet ne se venire ambegebatur, etiamsi Christus esset, fidei autem & charitatis erat, credere se consentiente Domino super mare ambulare posse, & quam celerime Domino adesse velle.

2. 43